

ne ex superiori occupatione de voluptate
fruenda quamdiu conceditur, ad quam cùm
omnes sua sponte propensi sunt, tūm juveni-
lis ætas quām maximè, illam avidissimè per-
sequitur,

Hanc formulam loquendi vide 1. Reg. 22,
15. Matth. 26. 45. nec enim oleum igni addit,
sed contrà frænum juveni injicit, eumque à
voluptatis studio revocat. Quasi dicat, video
te (ô juvenis) voluptatibus & lætitiae ita peni-
tuš addictum, ut tametsi sæpius admonearis
ut ad frugem & vitæ moderationem redeas,
tuis tamen admonitoribus non cedis, nec
eorum sanis consiliis acquiescis. Perge igi-
tur, quando ita vis, animo tuo obsequere, &c.
Sic enim Christus, cùm discipulos semel atq;
iterum admonuisset, ut vigilarent & orarent,
tandem illos sarcasmo ex somno excitat. Sic
Michæas cùm videret Achabum prorsus de-
votum blandientibus & assentatoribus, hac
ironia usus est. Ex quo videmus, primum
quanto impetu feruntur juvenes ad volunta-
tes persequendas, & quām avidè illis inhient,
atque ut voluptates, tanquam pisces aquam,
forbeant, hoc est, offendaculum & petra
scandali, ad quam juventus impingit, cor-
ruit, & cervicem diffingit. Ludis enim, jo-
cis, convitiis, commissationibus, denique
fornicationi perquām dediti sunt. Vide para-
bolam